

agi perinde ex ea stipulatione poterit, ac si ratum habere se postea non dixisset. Sed ego puto exceptionem doli mali locum habituram. — § 5. Sive quis petat, sive compensatione utatur, committitur statim ratam rem dominum habiturum stipulatio: nam qualiter quis eundem actum retractet, qui a procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

15. PAULUS, lib. 76, ad Edictum.

Si commissa est stipulatio, ratam rem dominum habiturum, in tantum competit, in quantum mea¹² interfuerit: id est¹³, quantum milii abest, quantumque lucrari potui. — § 1. Si sine judice procuratori legatum solvatur, cavere debere, Pomponius ait.

14. Idem, lib. 5, ad Plautum.

Si quis uni ex reis promiserit, rem ratam dominum habiturum, aut amplius¹⁴ eam non peti: dicendum est stipulationem committi, si ab eo petatur, qui ejusdem obligationis socius est.

15. Idem, lib. 14, ad Plautum.

Amplius non peti¹⁵ verbum Labeo ita accipiebat, si judicio petum esset. Si autem in eum vocaverit, et satis judicio sistendi causa accepit, judicium tamen ceptum non fuerit: ego puto non committi stipulationem amplius non peti; hic¹⁶ enim non peti, sed petere vult. Si vero soluta esset pecunia, licet sine judicio, committitur stipulatio: nam et si quis adversus petentem compensatione deductione usus sit, recte dictum est petisse eum videri, et stipulationem committi amplius non peti: nam et heres qui damnatus non peteret, si horum quicquam fecisset, ex testamento tenetur.

16. POMPONIUS, lib. 5, ex Plautio.

Si indebitum¹⁷ procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione adversus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus: ut possit dignosci, utrumne domino condici debeat id, quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: an vero procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat. — § 1. Si procurator fundum petisset et cassisset (uti adsolet) ratam rem dominum habiturum, deinde dominus postea eundem fundum vendidisset, eumque emplo pateretur: stipulationem ratam rem habereri committi, Julianus scribit.

17. MARCELLUS, lib. 21 Digestorum.

Cum debito decem creditoris nomine Titius egit; partem petitionis ratam habuit dominus: dicendum est obligationis pariem consumptam: quemadmodum si decem stipulatus esset aut exiguisse, creditorio non totum sed partem gesta rei comprobasset. Idcirco si ex stipulato Decem aut Stichum, utrum ego volvero, absente me Titius domino quinque petisset, insecura ratihabitione, recte actuonem videri.

18. POMPONIUS, lib. 26, ad Sabinum.

Si procurator ratam rem dominum heredemque eius habiturum cavevit, et unus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat: sine dubio committitur stipulatio pro¹⁸ ea parte, pro qua ratum non habebitur: quia in id committitur, quod stipulatoris intersit. Nam etsi ipsi dominus pro¹⁹ parte ratum habebitur, pro parte non habebitur, non ultra quam in parte committetur stipulatio: quia in id committitur, quod intersit agentis: et ideo sapientia ex ea stipulatione agi potest, prout intersit agentis, quod litigat, quod consumit, quod advocat, quod damnatur solvit; sicut²⁰ in stipulatione damni infecti acciderit potest: ut is qui stipulatus sit, subinde agat: cavit enim si quid ibi ruet, scindetur, scaturit, edificabitur. Finge ergo subinde damnum dari? Non erit dubium quin agere possit: nam si tota damno computato, tunc agentem est, propter modum non ante ager, quam dies stipulationis praeterierit, intra quem si damnum datum sit, stipulationis cautum erit: quod verum non est.

19. PAULUS, lib. 15, ad Sabinum.

In stipulatione qua procurator cavit, ratam rem dominum habiturum, id continetur quod²¹ intersit stipulatoris. Idemque juris est in clausulis omnibus de dolo malo.

20. ULPIANUS, lib. 1 Disputationum.

Non solum in actionibus, quas procurator intendit, verum in stipulationibus²² quoque quas interponi desiderat, si vice representant actionem, cavere eum de ratio oportet. Quare si duplae stipulationem procurator interponat, de ratio cavere debet. Sed et si damni infecti stipulatio a procuratore interponatur: de ratio debet procurator cavere.

24. AFRICANUS, lib. 5 Questionum.

Bonorum possessionem²³ ab alio admittam, ratam haberi oportere eo

21. Idem, lib. 1 Opinionum.

Ne satisatio ratam rem dominum habiturum exigatur in his, quae nomine eius ageret, qui eum²⁵ se fecisse procuratorem libello principi dato professus est, prodest. Quod si judicatum solvi satis ab eo procuratore postuletur, necesse est, ut juri manifeste pareatur.

22. JULIANUS, lib. 56 Digestorum.

Si sine judice non²⁴ debitam pecuniam exigeret procurator, et dominus ratam solutionem non habuerit, sed eandem pecuniam petere instituerit: fidejussiones tenentur, et condicio, qua procurator teneretur si stipulatio interposita non fuisset, perimitur; quotiens enim procuratori pecunia solvit, et dominus eam solutionem ratam non habet: existimo id agi, ut condicio perimitur, et sola actio ei, qui indebitum solvit, adversus procuratorem ex stipulata competat. Hoc amplius prestant fidejussiones impensas, quae in iudicium facte fuissent. Quod si dominus ratam habuisset, fidejussiones quidem liberantur, sed ab ipso domino eadem pecunia per conditionem peti potest. — § 1. Quod si procurator debitam domino pecuniam sine judice exegisset, idem juris est: hoc secus quod si dominus ratam rem habuisset, nulla ejus pecunie repetitio futura est. — § 2. Quod si procurator per judicem non debitam pecuniam exegisset, dici potest, sive ratum dominus habuisset, sive non habuisset, fidejussiones non teneri: vel quia nulla res esset, quam dominus ratam habere possit; vel quia nihil stipulatoris interest ratum haberi; adscietur ergo injuria is, qui procurator solvit: magis tamen est, ut si dominus ratum non habuerit, fidejussiones tenentur. — § 3. Quod si debitam pecuniam procurator per judicem, cui nihil mandatum fuerit, petierit: magis est, ut in solidum fidejussiones tenentur, si dominus ratum non habuerit. — § 4. Cum autem procurator recte peti, dominus perperam, non debet procurator prestare, ne injurya²⁵ judicis dominus aliquid consequatur: nunquam enim propter injuriam judicis fidejussiones obligantur; verius tamen est hoc casu fidejussiones non nisi in impensas litis teneri. — § 5. Marcellus: Si dominus ratam rem non habuerit, sed lite mola rem amiserit, nihil praeter impendia in stipulatione ratam rem deducitur. — § 6. [Julianus:] Si procuratori ejus qui mortuus erat, sine judice soluta fuerint legata, stipulatio committetur, nisi here ratum habuerit: utique si debita fuerint: tunc enim non dubie interest stipulatoris ratam solutionem ab herede haberi, ne bis eadem prestat. — § 7. Si in stipulationem ratam rem haberi haec tenus comprehensum fuerit, Lucium Titum ratum habiturum, cum id aptere ageretur, ut heredis ceterorumque personae ad quos ea res pertineret, omittentur, difficile est existimari, doli clausulam committi. Sane cum per imprudentiam haec persona omittantur, actio ex doli clausula competit. — § 8. Si procurator judicium de hereditate ediderit, deinde dominus fundum ex ea hereditate petierit, stipulatio ratam rem haberi committetur: quia si verus procurator fuisset, exceptio rei judicata dominum summoveret. Plerunque autem stipulatio ratam rem haberi, his casibus committetur, quibus si verus procurator egisset, dominus aut ipso iure aut propter exceptionem actio inutilis esset. — § 9. Qui patris²⁶ nomine, injuriarum agit ob eam rem quod filius ejus verberatus pulsatus sit, in stipulatione cogendum est filii quoque personam comprehendere: presertim cum fieri possit, ut pater ante decadat quam scire procuratorem suum egisse, et ita injuriarum actio redeat ad filium. — § 10. Sed et si nepoti injuria facta fuerit, et procurator avo propter hanc causam injuriarum agit: non solum filii, sed etiam nepotis persona comprehendenda erit in stipulatione: quid enim prohibet, et patrem, et filium, antequam sciret procuratorem egisse, decedere, quo casu iniquum est fidejussiones non teneri, nepote injuriarum agente.

23. Idem, lib. 5, ex Minicio.

Procurator cum peteret pecuniam, satisdedit amplius²⁷ non peti; post judicium acceptum exitit qui et ipse procuratorem nomine eandem pecuniam peteret: quaecum est, cum is qui postea peteret, procurator non esset, et propter hoc exceptionem procuratorem excludi posset, num fidejussiones prioris procuratorem tenerentur. Julianus respondit, Verius est non obligari fidejussiones; nam in stipulatione cavelur, non petitur eum cuius de ea re action²⁸, petio, persecutio sit, et ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit: hic autem qui procurator non est, nec actionem, nec petitionem habere intelligendum est.

24. AFRICANUS, lib. 5 Questionum.

Bonorum possessionem²⁹ ab alio admittam, ratam haberi oportere eo

tempore quo adhuc in ea causa sit, ut peti possit. Itaque post centesimum³⁰ diem rata haberi non potest. — § 1. An autem et si mortuus fuisset qui petisset, vel furere³¹ ceperit, ratum haberi possit, videamus; nam si in universum perinde haberi debet, ac si tunc, cum ratum habeat, per eum bonorum possessionem petat: frustra his casibus ratum habetur; sed illud consequens futurum, etiam si peniteat illum petisse, ratum haberi non posse: quod utique sit absurdum. Rectius itaque dicitur, neutram eorum causam impedire ratihabitionem.

25. Idem, lib. 6 Questionum.

Pater dotem a se distam absente filia peti, et ratam rem habituram eam cavit; ea prius quam ratum habeter, mortua est. Negavit committi stipulationem: quia et si verum sit ratum eam non habuisse, nihil tam mariti intersit, dotem restituiri, cum patri, etiam mortua filia salva esse dos debet. — § 1. Procurator cum ab eo as alienum exegerat, et tempore liberaretur, ratam rem dominum habiturum cavit; deinde post tempus liberato debitore, dominus ratam rem habet. Posse debitorum agere cum procuratore existimat, cum jam debitor liberatus sit: argumentum rei, quod si nulla stipulatio interposita sit, condicio locum adversus procuratorem habitura sit; in locum autem conditionis interponi stipulationem.

LIBER QUADRAGESIMUSSEPTIMUS.

TIT. I.

DE PRIVATIS DELICTIS.

4. ULPIANUS, lib. 41, ad Sabinum

Civilis constitutio est, peccatis actionibus¹ heredes non teneri, nec ceteros quidem successores². Idcirco nec furti conveniri possunt. Sed quavis furti actione non teneantur, attamen ad excludendum actione teneri eos oportet, si possident, aut dolo fecerint quomodo possident³. Sed enim et vindicatione tenebuntur, re exhibita. Item condicio⁴ adversus eo competit. — § 1. Heredem⁵ autem furti agere posse aque constat: executio enim quorundam delictorum heredibus data est. Ita et legis Aquilie⁶ actionem heres habet. Sed injuriarum⁷ actio heredi non competit. — § 2. Non tantum in furti, verum in ceteris quoque actionibus, quae ex delictis oriuntur, sive civiles sunt, sive honorariae, id placet, ut noxa⁸ caput sequatur.

2. Idem, lib. 43, ad Sabinum.

Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas deretur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit⁹ penam. — § 4. Qui igitur hominem subripuit¹⁰ et occidit: quia subripuit, furti, quia occidit, Aquilia tenetur; neque altera harum actionum alteram consumit. — § 2. Idem dicendum, si rapuit et occidit: nam et vi bonorum rapitorum, et Aquilia tenebatur. — § 5. Quesitus est, si conductus fuerit ex causa furtiva, et an nihilominus lega Aquilia agi possit. Et scripsit Pomponius, agi posse: quia alterius estimationis est legis Aquilie actio, alterius conductio ex causa furtiva; namque Aquilia eam estimationem complectitur, quanti¹¹ eo plusrum fuit: conductio autem ex causa furtiva non egreditur retrorsum judicii accipiendo tempus. Sed si servus sit, qui haec admisit, quacunque actione noxa fuerit deditus, perempta est altera actio. — § 4. Item si quis subreptum flagello cecidit, duabus¹² actionibus tenetur: furti, et injuriarum; et si forte hunc eundem occidit, tribus actionibus tenebatur. — § 3. Item si quis auxilliam alienam subripuit et flagitaverit, utraque¹³ actione tenebatur: nam et servi corrupti agi poterit, et furti. — § 6. Item si quis servum vulneravit¹⁴, quem subripuerat, æque due actiones locum habebunt, Aquilie, et furti.

3. Idem, lib. 43, ad Sabinum.

Si quis in servitum furtum fecerit, et manumissus deprehendatur, an fur manifestus sit, videamus; et ait Pomponius libro 19 ex Sabino, non posse eum manifestus conveniri: quia origo furti in servitute facti non fuit manifesti. — § 1. Ibidem Pomponius eleganter scripsit, deprehensione fieri manifestum furem: ceterum si cum tibi furtum facerem de domo tua, abscondisti te, ne te occidam, etiam si vidisti furtum fieri, attamen non est manifestum. — § 2. Sed Celsus deprehensioni hoc etiam adjicit, si cum vidisses eum subripirent, et ad comprehendendum eum currisse, abjecto farto effugit: furem manifestum esse. — § 5. Parvus¹⁵ referre putat, dominus an vicinus: an quilibet transiens apprehendat.

8. GAIUS, lib. 15, ad Edictum provinciale.

Nec manifestum furtum quid sit, appetit: nam quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est.

9. POMPONIUS, lib. 6, ad Sabinum.

Et qui furti actionem habet, assidua contrectatione furis non magis

³⁰ L. ult. in pr. supr. quis ordo in possess. — ³¹ L. ult. supr. de bon. posses.

Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de tutela et ratione; L. 35. supr. de oblig. et act. L. 2. in fin. infr. vi hora rapta; L. 111. 2. 1. in fin. supr. de conduct. furt. — 3. L. 151. in fin. de reg. jur. — 4. L. 7. 2. ult. supr. de conduct. furt. 2. ult. Inst. de oblig. que ex delict. — 5. L. 47. in fin. de furt. — 6. L. 25. 2. 8. L. 36. 2. 1. in fin. supr. de ad leg. Aquil. — 7. L. 13. in fin. de oblig. que ex delict. — 8. L. 18. in fin. de furt.; L. 17. 2. 7. in fin. de injur. L. 1. 2. 15. supr. depositi 2. 5. Inst. de noxal. act. — 9. L. 16. 2. 2. 26. L. 5. 2. 6. in fin. de injur. — 27. L. 15. supr. b. 4. in fin. pr. supr. de tutela et ratione; L. 60. supr. de oblig. et act. L. 21. in fin. pr. supr. de verb. sign. — 28. L. 6. 2. 1. supr. de adquir. vel omitt. hered.

³² Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt. — 14. L. 27. in pr. supr. ad leg. Aquil.

³³ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

³⁴ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

³⁵ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

³⁶ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

³⁷ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

³⁸ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

³⁹ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

⁴⁰ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

⁴¹ Tar. I. — 4. L. 1. 2. 3. 4. in fin. supr. de oblig. et act. — 5. L. 67. in pr. supr. ad leg. Aquil. — 6. L. 2. 1. in fin. supr. de serv. corrupt.

⁴² Tar. I. — 4

furti actio nasci potest: ne in id quidem in quod crevisset postea res subrepta. — § 1. Sed si eam a fure vindicasssem, condicio mili manebit; sed potest dici, officio judicis, qui de proprietate cognoscit, contineri, ut non aliter jubeat restituiri, quam si conditionem petitor remitteret; quod si ex conditione ante damnatus reus, litis estimationem sustulerit, ut aut omnimodo absolvat reum, aut (quod magis placet) si paratus esset petitor estimationem restituere, nec restitueretur ei homo: quanti in item jurasset, damnaretur ei possessor.

10. ULPIANUS, lib. 29, ad Sabinum.

Cujus interfuit¹⁶ non subripi, is actionem furti habet.

11. PAULUS, lib. 9, ad Sabinum.

[Tum] is cuius interest, furti habet actionem: si honesta¹⁷ causa interest.

12. ULPIANUS, lib. 29, ad Sabinum.

Iaque fullo¹⁸ qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit: prestat enim custodiā¹⁹ debet; si autem solvendo²⁰ non est, ad dominum actio redit: nam qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est. — § 1. Sed furti actio malā²¹ fidei possessori non datur: quamvis²² interest ejus, rem non subripi, quippe cum res pericula ejus sit; sed nemo de improbitate sua consequitur actionem: et ideo soli bona²³ fidei possessori, non etiam malā fidei furti actio datur. — § 2. Sed [et] si res pignori²⁴ data sit, creditori quoque damus furti actionem, quamvis in bonis ejus res non sit. Quinimo non solum adversus extraneum dabitimus, verum [et] contra²⁵ ipsum quoque dominum furti actionem: et ita Julianus scripsit. Necnon et ipsi domino dari placet; et sic fit, ut non teneatur furti, et agat. Ideo autem datur utrique, quia utriusque interest. Sed utrum semper creditoris interest, an ita demum, si debitor solvendo non est? et putat Pomponius, semper²⁶ ejus interesse pignus habere: quod et Papinius libro 12 Quæstionum probat: et verius est ubique viri creditoris interesse: et ita [et] Julianus sepsimissime scripsit.

13. PAULUS, lib. 8, ad Sabinum.

Is cui ex stipulati²⁷ res debetur, furti actionem non habet, si ea subrepta sit, cum per debitorum stetisset, quominus eam daret.

14. ULPIANUS, lib. 29, ad Sabinum.

Eum qui emit, si non²⁸ tradita est ei res, furti actionem non habere, sed adhuc venditoris esse hanc actionem, Celsus scripsit. Mandare²⁹ eum plane oportebit emptori furti actionem, et conditionem, et vindicationem: et si quid ex his actionibus fuerit consecutus, id præstare eum emptori oportebit; qua sententia vera est: et ita et Julianus. Et sane periculum³⁰ rei ad emptorem pertinet: dummodo custodiā³¹ vendor ante traditionem præstet. — § 1. Adeo autem emptor ante traditionem furti non habet actionem, ut sit quisritum, an ipse subripiendo rem emptor furti teneat. Et Julianus libro 25 Digestorum scribit: Si emptor rem, cuius custodiā venditorem præstare oportebat, soluto pretio subripiet, furti actione non tenetur; plane si, antequam pecuniam solveret, rem subtraxerit: furti actione teneri, perinde ac si³² pignus subtraxisset.

§ 2. Præterea habent furti actionem coloni³³, quamvis domini non sint: quia interest³⁴ eorum. — § 3. Is autem apud quem res deposita³⁵ est, videamus an habet furti actionem? Et cum dolum³⁶ duntaxat præstet, merito placet non habere eum furti actionem: quid enim ejus interest, si dolo caret? quod si dolo fecit, jam quidem periculum ipsius est: sed non³⁷ debet ex dolo suo furti quære actionem. — § 4. Julianus quoque libro 22 Digestorum scribit: Quia in omnium furum persona constitutum est, ne³⁸ ejus rei nomine furti agere possint, cuius ipsi fures sunt, non habebit furti actionem is apud quem res deposita est: quamvis periculum ejus esse res coepit, qui eam contrectavit. — § 5. Papinius tractat, si duos servos ob decem auros pignori accepit, et alter subripiatur, cum alter quoque qui sit retentus, non minoris decem valeret: utrum usque ad quinque tantum habeant furti actionem, quia in alio habeo salvo quinque; an vero, quia mori potest, dici debeat in decem fore actionem, etiamsi magni pretii sit is qui retinetur? Et ita putat; non enim respiceremus pignus quod surreptum non est: sed id, quod subtractum est. — § 6. Idem scribit, si, cum mihi decem deberentur, servus pi-

16. L. 14, 2 14 et ult.; L. 76, 2 1; L. 85, infra; L. 22, in pr. C. cod. — 35. Inst. de oblig. que ex delict. — 17. L. 12, 2 1; L. 76, 2 1; L. 85, infra; h. t. — 18. L. 43, 2 4, infra; cod. — 15, Inst. de oblig. que ex delict. — 19. L. 5, in pr. supr. nautae, capon. — 20. d. 2 1; L. 85, in fin. supr. cod. — 21. L. 11, supr. h. t. — 22. L. 76, 2 1, infra; cod. — 23. L. 74, 2 1, infra; cod. — 24. L. 5, 2 1, supr. de rei vind. — 46. L. 68, infra; h. t. — 47. L. 10, supra; cod. — 48. L. 5, 2 1, supr. de rei vind. — 49. L. 15, supr. h. t. — 50. L. 85, infra; h. t. — 51. L. 22, in pr. supr. de pignorat. act.; L. 12, 2 1, supr. h. t. — 52. L. 1, supr. de conduct. furtiva. — 53. L. 5, 2 1, Inst. per quæ pignorat. act.; L. 12, 2 1, supr. h. t. — 54. Inst. de oblig. rei emp. — 30. L. 61, in fin. supr. de contr. emp.; L. 5, 2 1, C. de perit et comod. rei vend. — 31. L. 55, supr. de act. emp. — 32. L. 15, 2 8, in fin. supr. d. t.; L. 2, fin. supr. h. t. — 33. L. 82, 2 1, infra; cod. — 34. L. 10, supr. cod. — 35. 2 17, Inst. de

gnori datus subtractus sit: si actione furti consecutus fuero decem, non competere mili furti actionem, si iterum subripiatur: quia desiit mea interesse, cum semel sim consecutus; hoc ita, si sine culpa mea subripiatur: nam si culpa mea, quia interest, eo quod teneor pignoratitia actione, agere poter: quod si culpa abest, sine dubio domino competere actione videtur, quæ creditori non competit; quam sententiam Pomponius quoque lib. 10 ad Sabinum probat. — § 7. Idem dicunt et si duo servi subrepti sint simul, competere utriusque nomine furti actionem creditori: sed non in totum, sed pro qua parte in singulos diviso eo, quod ei debetur, ejus interest; separatum autem duobus subreptis, si unius nomine solidum consecutus sit, alterius nihil consequetur. — § 8. Item Pomponius libro 10 ex Sabino scripsit, si is cui commodari, dolo fecerit circa rem commodata: agere eum furti non posse.

§ 9. Idem Pomponius probat et in eo qui rem mandato alicuius accepte perferandam. — § 10. An pater, cuius filio commoda res est, furti actionem habeat, queritur? Et Julianus ait, patrem hoc nomine agere non posse, quia custodiam præstare non debeat. Sicut (inquit) is pro eo, cui commoda res est, fidejussit⁴⁰, non habet furti actionem. Neque enim (inquit) [is], cuiuscumque intererit rem non perire, habet furti actionem: sed qui ob eam rem tenetur, quod ea res culpa ejus perierit; quam sententiam Celsus quoque libro 12 Digestorum probat. — § 11. Is, qui precario servo rogarerat, subrepti eo potest queri, an habeat furti actionem? Et cum non est contra eum civilis⁴¹ actio, quia simile⁴² donato precarium est, ideoque et interdictum necessarium visum est, non habebit furti actionem. Plane post interdictum redditum puto eum etiam culpam præstare: et ideo et furti agere posse. — § 12. Quod si conduxit quis, habebit furti actionem, si modo culpa ejus subrepti sit res. — § 13. Si filius/familias⁴³ subreptus sit, patrem⁴⁴ habere furti actionem, palam est. — § 14. Si res commoda est, et is cui commoda est, decesserit: quamvis hereditati⁴⁵ furtum fieri non possit, et ideo nec heres eius, cui commoda est, possit agere, tamen commodator poterit furti agere. Idemque et in re pignorata vel in re locata: licet enim hereditati furti actione non adquiratur, tamen alii, cuius⁴⁷ interest, adquiruntur. — § 15. Non solum autem in re commoda competit ei cui commoda est, furti actione: sed etiam in ea quæ ex ea adgnata⁴⁸ est: quia et hujus custodia ad eum pertinet. Nam et si servum tibi commodavero, et vestis ejus nomine furti ages: quamvis vestem quam vestitus est, tibi non commodaverim. Item si jumenta tibi commodavero, quorum sequela erat ecclaves, puto competere furti actionem etiam ejus nomine, quamvis ipse non sit commodatus. — § 16. Qualis ergo furti actio detur ei cui res commoda est, et quid ex his actionibus fuerit consecutus? Et puto omnibus quorum pericula res aliena sunt, veluti commodati⁴⁹, item locati⁵⁰, pignoris accepti⁵¹, si ha subrepta sint, omnibus furti actions compete: condicio⁵² autem ei demum competit, qui dominum habet. — § 17. Si epistola quam ego tibi misi, intercepta sit: quis furti actionem habeat? Et primum quærendum est cujus sit epistola: utrum ejus qui misit, an ejus ad quem missa est? Et si quidem dedi servo ejus, statim ipsi quærita est cui misi; si vero procuratori, æque, quia per liberam personam possessio querari potest⁵³, ipsius facta est: maxime si ejus interfuit eam habere; quod si ita misi epistolam, ut mihi remittatur: dominum meum manet: quia ejus noui amittere, vel transferre dominum. Quis ergo furti ager? is cuius interfuit eam non subripi: id est, ad cujus utilitatem pertinebat ea quæ scripta sunt. Et ideo queri potest, an etiam is, cui data est perforanda, furti agere possit? Et si custodia ejus ad eum pertinet, potest⁵⁴. Sed et si interfuit ejus epistolam reddere, furti habebit actionem; finge eam epistolam fusse, quæ continuebat ut ei quid redderetur fieret: potest habere furti actionem: vel si custodiā ejus rei recipit, vel mercedem perforanda accepti; et erit in hunc casum similis causa ejus, et caponis, aut magistrī navis: nam hi⁵⁵ damus furti actionem, si sint solvendo: quoniam periculum rerum ad eos pertinet.

15. PAULUS, lib. 8, ad Sabinum.

Creditoris cuius pignus subreptum est, non credito⁵⁶ tenus interest, sed omnimodo in solidum furti agere potest: sed et pignoratitia actione id quod debitum excedit⁵⁷, debitori præstabit. — § 1. Dominus qui rem subripiat, in qua ususfructus⁵⁸ alienus est, furti usufructu tenetur. — § 2. Sed eum qui⁵⁹ tibi commodaverit, si eam rem subripiat, non te-

neri furti, placuisse Pomponius scripsit: quoniam nihil tua interesset; utpote cum nec commodati tenearis; ergo si ob aliquas impensas quas in rem commodatam fecisti, retentionem⁶⁰ ejus habueris, etiam cum ipso domino, si eam subripiat, habebis furti actionem: quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit.

16. Idem, lib. 7, ad Sabinum.

Ne cum⁶¹ filios/familias pater furti agere possit, non juris constitutio, sed natura rei impedimento est: quod non magis cum his quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus.

17. ULPIANUS, lib. 39, ad Sabinum.

Servi et filii nostri furtum quidem nobis faciunt, ipsi autem furti non⁶² tenentur: neque enim qui potest in furem statuere, necesse habet aduersus furem litigare: idcirco nec actio ei a veteribus prodita est. — § 1. Unde est quæsumus, si fuerit alienatus vel manumissus: an furti actione teneatur? Et placet non⁶³ teneri: neque enim actio que non fuit ab initio nata, oriri potest aduersus hunc furem. Plane si manumissus⁶⁴ contrectavit, dicendum erit teneri eum furti iudicio: quia hodie furtum fecit. — § 2. Cum autem servus, quem emi, traditusque mili est, a me redhibeatur⁶⁵, non est in ea-causa, ut perinde habeatur, atque si meus nunquam fuisse: sed [et] fuit, et desiit; idcirco dicit Sabinus eum, si furtum fecit, in ea esse causa, ut furti ejus nomine is, qui redhibuit, agere non possit: sed et si non possit, attamen ratio haberi debet ejus⁶⁶ quod fecit, cum redhiberi coepit: idque actione redhibitoria contineatur. — § 3. Illud quæsumus est, si cum in fuga eset servus, furtum dominio fecisset: an aque posset habere actionem aduersus eum, qui in potestatem domini non regressum bona fide possidere coepit? Movet questionem, quod quamvis possidere servum eo⁶⁷ tempore, quo in fuga est, videor, attamen furti actione non⁶⁸ teneri: quasi non⁶⁹ sit in mea potestate; quod enim videor possidere, ad usucapionem tantum mili proficer Julianus scribit. Dicit igitur Pomponius libro 17 ex Sabino, competere furti actionem huic domino, cuius servus in fuga fuit.

18. PAULUS, lib. 9, ad Sabinum.

Quod dicitur⁷⁰ noxam caput sequi, tunc verum est, ut quæ initio aduersus aliquem nata est, caput nocentis sequatur; ideoque si servus tuus furtum mili fecerit, et dominus ejus effectus eum vendidero⁷¹: non posse me agere cum debitore, Cassiani putant.

19. ULPIANUS, lib. 40, ad Sabinum.

In actione furti sufficit rem demonstrari, ut possit intelligi. — § 1. De pondere autem vasorum non⁷² est necesse loqui. Sufficiet igitur ita dici, lancum, vel discum, vel pateram. Sed adscribenda etiam materia est, utrum argentea, an aurea, an alia quæ sit. — § 2. Quod si quis argenteum infectum⁷³ petat, et massam argenteam dicere, et pondus debet ponere. — § 3. Signati argenti numerum⁷⁴ debet complecti, velut, aureos tot, pluresve furtu ei abesse. — § 4. De veste⁷⁵ queritur, an color ejus dicendus sit? Et verum est colorum ejus dictio opere: ut quemadmodum in vasis dicit patera aurea, ita et in veste color dicatur. Plane si quis juret, pro certo se colorum dicere non posse, remitti ei hujus rei necessitas debet. — § 5. Qui rem pignori dat, eamque subripiet⁷⁶: furti actione tenetur. — § 6. Furtum autem rei furtum: attamen condici ei non potest: idcirco quia condici ea res, quæ ablata est, potest; et ita [et] Pomponius scribit.

20. PAULUS, lib. 9, ad Sabinum.

Cum as pignori datur, etiam⁷⁷ si aurum esse dicitur, turpiter fit, furtum non fit; sed si datum est aurum, deinde cum didixisset se ponderare, aut obsignare velle, es subiecti, furtum fecit: rem enim pignori datum intervertit. — § 1. Si bona fide rem meam emeris, eamque ego subripiet; vel etiam tuus⁷⁸ ususfructus sit, et eam contrectavero: tenebor tibi furti actione, et si dominus rei sum; sed his casibus ususfructus quasi furtive rei non impeditur: quoniam et si alius subripiat et in mea potestate reversa res fuerit, ususfructus.

21. ULPIANUS, lib. 40, ad Sabinum.

Vulgaris est questio, an is, qui ex acervo frumenti modium sustulit, totius rei furtum faciat, an vero ejus tantum, quod abstulit? Oilius to-

60. L. 20, in fin. supr. de acquir. vel amitt. poss. immo vide L. ult. C. commodati. — 61. L. 5, 2 14 et ult.; L. 76, 2 1; L. 85, infra; h. t.; L. 7, supr. de oblig. que ex delict. — 62. L. 16, supr. de condit. furt. — 63. L. 2, 1, 2 1, Inst. de noval. — 64. L. 1, C. de noval. act.; L. ult. C. an serr. pro suo facto. — 65. L. 67, 2 1, inst. de oblig. que ex delict. — 66. L. 25, 2 1, supr. de adiutor. — 67. L. 15, in fin. supr. de rei vind. — 68. Inst. de oblig. que ex delict. — 69. L. 5, 2 1, 2 1, supr. de adiutor. — 70. L. 1, in fin. supr. de delict. privat. — 71. L. 57, supr. 6, Inst. de noval. — 72. Immo vide L. 1, 2 10, supr. depositi. — 73. d. 2 40; L. 6, supr. de rei vind. — 74. L. 5, 2 1, supr. de conduct. furtiva. — 75. d. L. 6. — 76. L. 66, in pr. inf. h. t. — 77. d. L. 66, in pr. — 78. L. 25, supr. de conduct. furtiva. — 79. L. 15, 2 1, supr. h. t. — 80. 2 5, 2 8, infr. h. l. immo vide 2 ult. inf. h. t.; L. 22, in fin. inf. h. t.; L. 5, in fin. inf. de incend. — 81. L. 18, supr. de conduct. furt. — 82. 2 1, Inst. de vi bon. rapt. — 83. In pr. supr. h. t. — 84. L. 25, inf. de injur. — 85. L. 5, 2 1, in fin. supr. de leg. Aquil. — 86. L. 7, in fin. supr. de jurid. — 87. L. 6, in pr. inf. arbor. furtum cesar. — 88. Immo vide L. 21 in pr. supr. h. t. — 89. L. 4, 2 16, supr. de dol mal et met. except. — 90. L. 11, in pr. inf. de reg. jur. — 91. L. 9, 2 1, in fin. supr. ad leg. Aquil. — 92. Inst. de noval. — 93. L. 5, 2 1, 2 1, supr. de delict. privat. — 94. Inst. de oblig. que ex delict. — 95. L. 5, 2 1, 2 1, supr. de delict. privat. — 96. Inst. de noval. — 97. Inst. de oblig. que ex delict. — 98. Inst. de noval. — 99. Inst. de oblig. que ex delict. — 100. Inst. de oblig. que ex delict. — 101. Inst. de oblig. que ex delict. — 102. Inst. de oblig. que ex delict. — 103. Inst. de oblig. que ex delict. — 104. Inst. de oblig. que ex delict. — 105. Inst. de oblig. que ex delict. — 106. Inst. de oblig. que ex delict. — 107. Inst. de oblig. que ex delict. — 108. Inst. de oblig. que ex delict. — 109. Inst. de oblig. que ex delict. — 110. Inst. de oblig. que ex delict. — 111. Inst. de oblig. que ex delict. — 112. Inst. de oblig. que ex del